

Azarias Sturtz Nicolaus Höpke


Dissertatio De Crimine Laesae Maiestatis

Rostochii: Saxo, 1623

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756348897>

Druck Freier  Zugang





V. H. — 2 (125.)



1. Thomafius de rite formando statu controversiae: an legum jus
in Justiniani frequens an exiguus usus in foris Germaniae
2. Thomafius de obligatione ex promisso rei incertae
3. Thomafius an poenae viventium eos in famantibus sint abfur-
dae et abrogandae?
4. Schrader de una religione.
5. Sturz de crimine laesae majestatis.
6. Stypmann de jure exequiarum.
7. Hildebrand de consensu hypothecae tam magistratui quam feo-
di domino nocivo et non nocivo.
8. Hildebrand de episcopis et paribus episcopalibus.
9. Hildebrand jurisdictionis universae secundum mores hodiernos.
10. Hildebrand de augmento culpa.
11. Hildebrand de mansione constituta et reservata.
12. Thomafius de onere probandi in actione negatoria
13. v. Postel ad L. 18 ff. de poenis.
14. Borcholt de usuris.
15. Borcholt de ordinandis et infirmandis testamentis.
16. Rotgers de privilegio personarum miserabilium.
17. Thomafius de rerum differentiis intuitu juris Germanici
privati.
18. Thomafius de dominio et ejus natura intuitu juris Germa-
nici privati.
19. Thomafius de protractione litis per allegationes L. et S. in
processu advocatis permittas.
20. Waldschmidt de pactis Ganerbinatum. Ringfingibus
21. Waldhausen de praeeambulis privatorum tractatibus eorum
que jure.
22. Hoheisel de mercatu hominum corporum humanorum.
Munster-Bauhel.
23. Hoheisel de fundamentis in doctrina de praescriptione et dere-
lictione gentium tacita distinctius ponendis.
24. Hoheisel de praescriptione immemorabili sanae rationi
et juri civili contrariante.
25. Hoheisel de edicto praetorii: quod quique juris iniquitate
et non usque.
26. Hoheisel de retorsione jurium statutariorum variancium
nec aequa nec prudente.

27. Hoheisel de iniquitate edicti praetorii: quod quicque juris
in alterum
28. Hoheisel theses controversae ex jure naturae et gentium.
29. Hoheisel de pupillaribus tabulis a matre confectis.
30. Hoheisel ex chirographo non oritur litterarum obligatio.
31. Hoheisel de methodo docendi antiquitates juris Romani.
32. Hoheisel utrum successor singularis expellere queat con-
ductorem.
33. Hoheisel. fundamenta compensationis a praei demonstrata.
34. Thawner de captivis in bello.

DISSERTATIO
DE
CRIMINE LÆ-
SAE MAJESTATIS,

QUAM
Deo feliciter annuente,


PRÆSIDE
Nobilissimo, consultissimo, & excellentissimo
VIRO

DN. AZARIA STURTZIO Juro, & in ce-
leberrima Academia Rostochienfi Professore pu-
blico, Præceptore & fautore suo summo-
perè suspiciendo

Publicè exhibit
NICOLAUS Höpfe / Stadenfis.

Habebitur in auditorio majori, horis solitis.

Ad diem Decemb.



ROSTOCHII

Typis MAURITII SAXONIS.

Anno M. DC. XXIII.

CRIMINELLE

RECHTSGESCHICHTE

Dr. phil. h. c. h. Dr. phil. h. c. h.

Dr. phil. h. c. h. Dr. phil. h. c. h.

1800

Dr. phil. h. c. h. Dr. phil. h. c. h.

Dr. phil. h. c. h. Dr. phil. h. c. h.

Dr. phil. h. c. h. Dr. phil. h. c. h.

Dr. phil. h. c. h. Dr. phil. h. c. h.

Dr. phil. h. c. h. Dr. phil. h. c. h.

Dr. phil. h. c. h. Dr. phil. h. c. h.

Dr. phil. h. c. h. Dr. phil. h. c. h.

Dr. phil. h. c. h. Dr. phil. h. c. h.

Dr. phil. h. c. h. Dr. phil. h. c. h.

Dr. phil. h. c. h. Dr. phil. h. c. h.

Dr. phil. h. c. h. Dr. phil. h. c. h.



DE
CRIMINE LAESAE
MAIESTATIS.

THESIS I.

uemadmodum jus nostrum ea potius, quæ frequenter & facile, quam quæ perrarò accidunt, spectat, l. 5. ff. de d. ita etiam ingenia nostra non ea potius, quæ vetustissimis consuetudinibus desuevere, sed quæ nostrum dicitur seculum observare, maximè esse necessarium, autumo. Cum autem in hoc miserando Imperij Romani statu, ubi rerum universitas bello ferè est concremata, nihil apud quosvis auditur frequentius, nihil omnium palato est jucundius, & hominum societate convenientius, quàm discurrere, judicare, cuinam verè in hoc belli negotio maximum injuriæ sit infictum vulnus. Hac arreptâ occasione, non ab hoc tempore & studio nostro alienum esse duxi, nobilissimam illam, satisq; pro dolor, jam practicabilem materiam de crimine læsæ maiestatis examinare, ad ventilandumq; omnium oculis publicitùs exponere.

2. Quanquam vario lex Maiestatis apud varios authores legatur nomine, ita ut Cicero Corneliam illam appellitet *in Pison*. Iam Julix nomine illam profiteantur ff. lib. 48. C. lib. 9. disceptant tamen, quis certissimus hac de lege extiterit author. Promulgatam à Julio Cæsare eam esse scripsit *Odofredus in rubr. C. ad leg. jul. majest.* Sed quoniam in probandi autoritate deficit, vix ei fides adhiberi potest, præsertim cum legem juliam de Adulteriis non ipsum Julium Cæsarem, sed Augustum tulisse, testetur l. 1. ff. ad leg. jul. de adul. Glosa autem in verbo Augusti *in d. l. Julium Cæsarem* primùm legem Maiestatis induxisse, sed morte præventum, perficere non valuisse, perhibet: quapropter Cajus, Julii avunculus, publicari eam curavit.

nomenq; non à semetipso, sed à Julio Cæsare legi imponere maluit. Accedit etiam huic opinioni sententia Gigantis, duas inducens causas, quare Majestatis legem Juliz appellatione denotare voluit veneranda Jstorum antiquitas: & quidem primò, quod Julius Cæsar eam tulerit, eaq; , cum ipse crimen læsæ Majestatis contra patriam commisisset, undè etiam primùm imperatoriz est assecutus Majestatis insignia, præcavere voluisse, ne aliquis, metu pœnæ, hujusmodi nefandum facinus, quod sacrilegio est proximum, *l. i. ff. ad leg. lul. Majest.* vicissim contra se tentare auderet. Deinde, quod lex hæc, postquam occubuit Julius Cæsar, promulgata à Cajo, & Juliam nominari voluisse, in honorem Julii Cæsaris, utpote, qui primus fuit Imperator, contra quem hoc crimen est commissum. *Gigas in tract. de crim. læs. majest. sub rubr. de orig leg. crim. læs. majest. n. 5. & 6.* Nos hanc legem Juliam majestatis ab Augusto Octaviano, qui primus Romanæ Monarchiæ fuit Imperator, latam esse dicimus, qui Julius etiam dictus est, utpotè à Julio Cæsare adoptatus: *l. i. ff. ad L. lul. de adult. Dio lib. 48. Patercul. lib. 2. A. Augustin. lib. 3. emend. 8.*

3. Dicta autem est Majestas, quasi major status, vel major potestas. *Oldrad. conf. 43. col. 2. vers. 6. Alber. in l. quisquis. colum. 6 q. 1. C. ad leg. jul. maj. Luc. de Pen. in l. ult. C. de delat. lib. 10. Sicul. conf. 21. n. 3. idem conf. 70. n. 58. in fin. volum. 4. Wesenb. consil. 44. n. 9.* Quare necesse est, quod major status & potestas, quando hoc crimen committitur, lædatur. *Decian. tract. crim. lib. 7. c. 1. n. 3.*

4. Quoniam crimen læsæ Majestatis in divinam & humanam dispescitur, *c. duo sunt. 96. dist. auth. Gazaros. C. de hæret. Bald. conf. 59. in princ. Vol. 1. Nellus in tract. bann. part. 1. q. 6. Decian. d. t. lib. 7. c. 1. n. 2. Gig. d. tract. rubr. quotuplex sit majest. n. 1.* de humana nostra erit disputatio: cujus duæ sunt species, perduellio, & simplex læsæ majestatis crimen; licet duo hæc nomina sæpius confundantur & promiscuè quandoq; usurpentur. *l. fin. ff. ad L. lul. majest.* in pœna tamen infligenda illorum distinctio attendenda, prout etiam perduellionis crimen vel proprium, vel quasi appellari potest.

5. Cú populus Romanus, cujus autoritas jam est extincta, omne suū imperiū & potestaté in principē transtulit; *l. i. ff. de const. princip. l. i. ff. de off. præf. præt.* unde etiā principalis dicitur majestas, *l. penult. ff. de hæred. inst. l. famosi. §. 3. ff. ad leg. jul. majest.* imperatoria majestas, *proam. inst.*

Inst. in princ. Novell. 23. c. 2. in princ. non minus verè quàm rectè, si quis subditus contra principem vel imperatorem aliquid molitur, principaliter contra illū crimen læsæ majestatis commississe dicitur.

6. Si quis verò non subditus imperii molitur aliquid contra imperatorem, majestatis læsæ crimen an committat, controversum est, sed per textum *Clement. pastoral. de re judicat. & ibi Dd.* deciditur, quòd non sit majestatis reus. Cui enim fide & jurisdictione non est obstrictus, nec cujus majestatem, ut majestatem sibi imperantem, agnoscit, hujus majestatem non lædisse dicitur, quoniam nec ipsa majestas in lædenti non subditi bona aut corpora imperium habet. *Gig. in tract. de crim. læs. majest. sub. rubric. qualiter & à quib. q. 68. Arnis. de regal. c. 6. n. 12.* Ideoq; Maria, regina Scotiæ, quasi in exsilium pulsa, licet cum Duce Nortfolciæ aliisq; in Anglia amicitia fœdus contra Elisabetham Angliæ reginam contraxisset, tanquam Rea læsæ majestatis minimè condemnari legitimè potuit. Cum etiam par in parem non habeat imperium, pessimè agunt reges & principes, qui bello captos reges & principes capitis supplicio afficiunt, qualiter Phocas Mauritium Imperatorem, Carolus Andeguenfis Cunradinum Friderici II Imperatoris nepotem, & Fridericum ducem Austriæ securi percusserunt. *Christoph. Scurtz de imper. Germanor. cap. 54. n. 9.* Subditus autem de jure naturali tenetur ad obedientiam principi suo. *Paul. ad Rom. 13.* imò si adversus imperatoriam majestatem aliquid machinatus fuerit, ruinam patriæ intendisse præsumitur; Ex morte enim & læsione principis totus status patriæ concutitur. *Deci. conf. 430. n. 29. in 3. volum. in casu vero. l. utrum. ad l. pomp. de parricid.* quod non sic in non subdito, qui nec jure naturæ alteri magistratui obedit, nec eam majestatem revereri tenetur, cui subditus non est. *Bart. in Extrav. in verb. rebellando. vers. quid si aliquis homo.* *Bald. conf. 139. vol. 1. idem in l. nihil C. de manum. vindict. & in l. si omnes §. si verò. C. de Episc. & Cleric. & in l. data opera. C. qui accus. non poss.* *Grammat. ver. 1. n. 31. Imol. in Clement. pastoral. n. 28. Marsil. in l. de minore. in princ. ff. de quasi. Boer. de sedic. §. præsuppono. n. 2.* nec, si quid contra eam molitur, patriæ suæ interitum minatur, cum Imperatoria majestas non in universum ad omnes homines extendatur, sed ad illos tantum, in quos plenam exercet jurisdictionem,

entem, cum sit caput certæ reipublicæ; in cæteros, non nisi conditio-
nale habet imperium, & ex accidenti. *Arnū. d. l. n. eod.*

7. Sequitur ergo ex præcedentibus, quod vasallus, quatenus va-
fallus tantum est, non ligius, nec aliâ ratione Imperio subjectus,
quâ in quod aliquod feudum ab Imperatore recognoscat, si aliquid
contra illum machinetur, crimen læsæ majestatis committere non
dicatur. *Gig. d. tract. sub. rubr. qualit. & quib. mod. q. 4. & q. 68 De-*
ecian. in tract. criminal. lib. 7. c. 8. n. 7. Arn. d. l. Vide casum specialem
in d. clement. p. st. ubi pontifex negat, Robertum potuisse crimen ma-
jestatis committere, quia eo modo ipsi non subsuit, quippe domici-
lium suum non in Imperio habens, nec originem inde trahens. Feu-
dum enim non dat Imperium domino feudi in feudatarium, nec
Imperium ipsi concedit, licet feudatarius per contractum domino
feudi obligetur. *Innocent. in c. postulasti. de foro competent.* nec subditus
ejus dicitur, tamen si juxta leges, ratione feudi, forum sortiatur co-
ram feudi domino. *Cap. transmissa. cap. verum. de foro compet.*

8. Quamvis autem verum perduellionis crimine ex læsione propriæ
Imperatoris majestatis personæ dependeat, attamen & quasi perduel-
lionis crimine committit, qui in consiliariorum & senatorum Imperatoris
necem aliquid molitur: nam eos pars corporis sui dixerunt Arcadius
& Honorius, in *l. quisquis. C. ad leg. jul. majest. vid. text. in c. felicis. de*
pen. in 6. Luc. de penn. in l. nihil. C. de palat. sacr. larg. lib. 12. text. in c. si
quis. 6. q. 1. & ibid. Prepos. Et Baldus, consiliarios principi suo inhæ-
rere, sicut stellæ in firmamento cæli, scripsit in *l. cum multa. C. de bono*
quælib. imò vocantur fulgere, quasi splendor firmamenti, arg. text.
in c. super specula. de magistr. & dicuntur solis radii, c. multi. de pan.
dist. 2. Boer. in tract. de auth. mag. consil. n. 229.

9. Incidit hic dubium, an, occidens ex privato odio & inimici-
tia consiliarium principis, hoc crimen incurrat; & videmus hic du-
os illos reliquorum omnium Istorum dissentire antesignanos, Bar-
tolum nimirum, in *l. hostes. ff. de capt. & post. revers. & Baldum, in c.*
x. de offic. deleg. omnesque recentiores magni nominis jurium inter-
pretes, in diversas abire partes. Nos indistincte quasi perduellionis
crimen committi dicimus, sive respectu Imperatoris, sive privato
in ipsum consiliarium odio delinquatur, idque propter generalita-
tem *d. l. quisquis* ejusque rationem, quod utroque casu princeps eorum

ope-

opera privetur. *d. c. felicit. de pœn. in 6. Decian. lib. 7. c. 3. n. 3. & seq. Dambaud. in prax. crimin. cap. 64. n. 7. Clar. §. læsa majestatis n. 5. ubi refert ita judicatum de cæde clarissimi Icti Andrea de Jernia, qui Johanna reginæ Neapolitanæ à consiliis fuit.*

10. *Nec l. quisquis C. ad l. jul. majest. solummodò illos consiliarios considerat, qui consiliis & consistorio ejus continuè interfunt, sed etiam qui extra aulam constituti alibi versantur & domicilium habent, Vestalt von Hausauf/ qui tamen re ita exigente consiliis & consistorio principis vocati interesse solent. d. l. 5. Aliud est quod refert Salyc. in d. l. quisquis in princ. n. 6. q. 3. quòd si princeps mittat aliquem consiliarium ad regendum civitatem quandam, & quis contra eum aliquid deliquerit, etiam cum factione, non incurrat pœnas in d. l. quisquis in offendentes consiliarios, sed incurrat tantùm pœnas offendentis magistratum, licèt tunc etiam teneret nomen consiliarii. Hunc sequitur Boss. in tract. de crim. læs. majest. n. 9. Valla. consil. 1. n. 24. in 3. Decian. tract. criminal. lib. 7. c. 5. n. 7. Sed contrarium apparet ex l. 1. D. ad L. lul. majest.*

11. Qui Imperatoris vicarium offenderit, non dubitamus teneri pœnàl. *quisquis*. perinde enim est, ac si contra ipsum Imperatorem quid attentaverit, *Bart. in Extrav. qui sunt rebelles. in vers. rebellando. n. 4. Card. Zab. in c. pastoralis. in princ. colum. 3. de re judic. Cuman. consil. 53.* Hanc tamen observat Bartolus restrictionem, quando quis offenderit vicarium, ut vicarium, secus, si uti privatum inimicum, vel aliam personam illum læderet, *Bart. d. l.* non in contemptu ipsius Imperatoris, potestatem scilicet, auctoritatem, ac jurisdictionem ipsi denegando. *Gig. sub. rubr. qualiter & à quibus q. 6. ubi allegat consil. 270. Anchar. vide thes. 9.*

12. An idem dicendum sit de iis, qui Legatos, quos vulgus ambasciatores vocat, offenderit, Icti non satis conveniunt. Baldus, multiq; cum illo, quibus nullum hinc limitationis beneficium subolet, strictè, omnimodò illum læsæ majestatis scelus committere, assèrunt: legatus enim representat personam principis, ideoq; illum offendens, censetur principem ipsum offendere. *Bald & Felin. in c. 1. de offic. deleg. Boss. in tit. de crim. læs. majest. n. 36.* Contraria etiam opinio multorum auctoritate approbatur, adducentes eandem limitationem de privato odio in Ambasciatore, quàm in vicario usi sunt.

sunt. Verùm priori nos addicti sententiæ, eorum opinionem sequimur, considerantes, quòd legati publicam habeant securitatem à jure gentium, l. final. ff. de legationib. l. sanctum. ff. de rer. divis. & ideò, qui securitatem publicam violant, criminis læsæ majestatis rei sunt, l. 2. ff. ad l. jul. majest. vid. Gig. d. tract. sub. tit. qualiter & à quibus. q. 16. imò legati dicuntur sancti, dd. ll. de legat. & rer. divis. quare jure divino, gentium, ac civili violare legatos, nefas est, c. jus gentium. dist. 1. unde jus legatorum cum hominum præsidio munitum, tum jure divino esse vallatum, inquit Tull. de Arusp. Quàm sanctè apud veteres hoc jus legatorum fuerit observatum, vide apud Liv. lib. 2. Et Valerius Maxim. lib. 6. c. 6. refert, Scipionem Africanum, cum navem, multis illustribus Carthaginensibus refertam, cepisset, & se legatos ad eum missos esse dixerant, tametsi manifestum erat, illos, vitandi periculi præsentis gratià, falsum legationis nomen usurpassè, in violatos omnes dimississe. Sic Romani legatos Tarquinij cum civibus quibusdam contra Reip. libertatem conjurantes, incolumes dimiserunt. Liv. lib. 2. Kirchner. De legat. lib. 2. c. 1. n. 139. & seqq. jus autem legatorum violandorum non solum in eo consistit, ne occidantur, sed etiam ne injurià afficiantur, Barr. in l. consensisse. §. legatis. ff. de jud. & ab omni fraude sint immunes, scilicet, ne ii, ad quos mittuntur, current, ut vino nimio inebrientur, & sic ab his ebriis, more Bonosi Imperatoris, omnia arcana expiscari permittant: multaq; alia fraudum genera excogitent. Decian. d. l. n. 11.

13. Sed, nec qui Imperatoris confœderatos offendit, crimen majestatis præterit: offendens enim confœderatum, sive sub alterius principis protectione receptum, ipsum principem læsisse ait l. 1. ff. ad l. jul. majest. Barr. in extravag. qui sunt rebelles. in verb. rebellando. n. 8.

14. Quod adeò verum est, ut etiam principem infidelem, sub tuta Imperatoris fide, & tutela quiescentem, inquietare, nemini, absq; læsæ majestatis macula concedatur, quia Imperatorem offendit, qui confœderatum defendere tenetur. Quod verò tantum obtinet, si confœderatio ex justa & legitima est facta causa, si verò non fuerit justa confœderationis causa, secus: juxta declarationem Decian. in extr. crim. lib. 7. c. 5. n. 19. Afflict. in cit. de pac. juram. firman. §. contenticula. n. 32. vers. an a. Christianus Marquard. in tract. de juda. part. 1. f. 6. Confœderatus tamen populus in confœderatum hoc crimen

non

non committit, quia confœderatio subjectionem non inducit. l. non dubio §. liber. De captiv. & postlim. revers. clem. pastoralis. §. deniq; juncto §. rursus. de sent. & re judic. nisi alia adjecta sit conditio observandæ majestatis.

15. Sed notandum, omnia, quæ hic de Imperatore, ejusq; collateralibus, officialiis, & confœderatis, per dicta adnotavi, unicuiq; reipub. Monarchicæ, Aristocraticæ, & Democraticæ, superiorem non recognoscenti, competere, cùm eidem eadem sit majestas, eadem dignitas, eandemq; delictorum habeat animadvertendi potestatem in suo territorio, quàm Romanus Imperator in Imperio Romano, Ang. in l. 5. ff. ad l. jul. majest. Paul. de Loaza & Joan. Imol. in Clement. pastoral. de re judic. Socin. cons. 57. nu. 4. in 4. volum. Salic. in l. quisquis. C. ad l. jul. majest. Ang. Aret. in §. publica. Inst. de publ. jud. Bart. in l. infamem. de publ. jud. Et ideò hujusmodi magistratuum subditi, eos, eorumq; magistratum offendentes, in crimen læsæ majestatis incurrunt, quemadmodum dictum est de Imperatore, & ejus statu. Bart. in l. lex 12 tabul. ff. ad l. jul. majest. gloss. & ibid. Salic. in l. fallaciter. C. de abol. idem in l. 2 C. de fals. monet.

16. Nec contra Pontificem Romanum, quin crimen hoc committatur, dubitandum est, ille enim neq; alterius Imperio regitur, neq; superioris respectu tenetur, utpote qui proprium sibi imperium, non sine notabili Germanorum jactura, summamq; in eo, crescentibus pededentim viribus, potestatem sibi ipsi conscivit, eamq; à proceribus imperii, fartam tectam hucusq; conservavit, imò cumulavit, Quapropter etiam omnes ferè, paucis exceptis recentioribus, jurium interpretes, in favorem non contradictoriæ, ut putarunt, religionis, & Papalis majestatis gratiam, omnes leges, de crimine læsæ majestatis Imperatoris, ejusq; officialium loquentes, ad Papam, & ejus officiales applicare non dubitarunt, imo, Papalem majestatem Imperatoricæ multis modis præponere non erubuerunt. Bart. in extrav. qui sunt rebelles. in verb. rebellando. n. 6. vers. sed quid si aliquis. Præpos. Alexand. in c. in primis. §. de persona. n. 20. 2. q. 1. Boer. in tract. de sedit. q. 6. n. 17. Sig. sub. rub. quotuplex sit majestas. n. 3. & seqq. rub. qualiter & à quibus q. 1. per tot. idem lib. 3. rub. de rebell. q. 1. n. 2. Corrad. in Pract. rub. de læs. majest. n. 2. in 38. casu. Clar. in Pract. §. læs. majest. n. 2. vers. committitur autem. Decian. d. tract. lib. 7. c. 4. n. 4. & 6. 32. n. 2.

B

17. Nos

17. Nos vero Pontifici Romano primam supremæ majestatis prærogativam non concedimus, quin Imperatoria majestas omnium maxima dicatur, quam omnes reliqui reges, principes, & Respub; ipse quoq; Turcarum Imperator agnoscunt. Nam in Turcica aula ante omnes reges, principesq; alios Imperatoris legatū præcedentiam habere, testatur *Thom. Lans.* in *disc. de leg. regia. tb. 49 Harpr. §. 3. n. 29. Inst. de publ. jud. Becht. de salv. conduct. tb. 149 cum seqq. Retractinck d. l. clas. 2. c. 6. n. 12. 13. 14 15. 16. cum seqq. Arum. volum. 2. de jur. publ. disc. 7. tb. 4.* Ipsum infensissimum Imperij Romani, totiusq; Christiani orbis hostem, Turcarum Sultanum testem penè provocare ausim, qui Imperatorem nostrum præcipuum agnoscit Christiani orbis caput, & usitato stylo, tali affatur titulo: *Auß den Potentaten Jesu der Vornembster vnd zwischen dem geschlechte Jesu Erwelter vornembster Herr aller Christlichen Völkter/ ein Versorger vnd administrator der Gerechtigkeit vnser Nachbar vnd guter Freund Matthias.* Huic si non credimus verborum declarationi, ipsis rebus & factis ostendit Mechemetes Bassa, qui Davidi Ungnadio, legato Casareo, qui Constantinopoli Sultano valedicturus ad Divanum, (locus est audientia publicæ) se contulerat, jubens assurgere Persam, licet Mahemetanum, qui citius adveniens primum locum occupasset, superiorem sedem assignavit. Huc facit & illud, quod legato Casareo concessum, ut sedendo solus, aliorum regum & principum legati stando mandata sua coram Turca exponere soleant. *Retractinck de regim. secul. lib. 1. clas. 2. c. 6. n. 41. 43. 44.* Quinimò nunquam Romanorum Imperatores ulli jus superioritatis concessisse, testis est mihi Chrysofomus, qui de Imperatore Theodosio Magno, cujus statuas Antiocheni per tumultum dejecerant, loquens, læsus est, ait qui non habet parem ullum super terram: summitas & caput omnium super terram hominum. Testis est mihi Imperator ipse Carolus V. cujus laudes nulla unquam delebit oblivio, qui majestatis suæ non immemor, prærogativam nullam ulli concedens, verum Imperatoris Romani titulum sibi ascribit, his verbis: *Wie vns/ als Römischen Christlichem Käyser/ Oberstem Vogt/ vnd Schirmherrn der heiligen Christlichen Kirchen/ von ampts wegen vnserm gewissen nach/ gebührt. R. A. de Anno. 1539. §. Auß solche. & seqq.* Unde Poeta, Caroli V. Symbolum exprimere satagens, non minus scite scribit, quam eleganter:

Vr

Carolo Herculeo septis transisse columnas Petr. Berthault l. 9 Flor. Fra
Iste nam metis, Sic tibi meta dnt. //:
VIS ULTRA? ad ultra non est, quo progrediaris,
Nil ultra est aquilas, imperiiq. decus.

c. 28. p. 473.

Et Maximilianus II. non immeritò titulum dasi Oberhaupt ita
Römischen Reich/sibi arrogat. R. A. Anno 1566. Huc refert, quòd nul-
lo modo Pontifici, sed soli Imperatori, jura aliquot, quæ vocantur re-
galia majora, vel majestatis, Kånserliche Hohetten/ vnd Reservaten/
in signum supremæ eminentiæ competant: nec vacante sede Impe-
riali cura totius Imperii Pontifici Romano, sed comiti incumbit Pa-
latino Rheni, & Electori Saxonix. Buxt. ad aur. bull. th. 77. & mult. seqq.
Besold. class. 1. disp. 3. th. 26. His ita perspectis, optimo jure summam
Pontifici majestatem denegantes, meritò cum decreto illo, communi
septemvirorum consensu, Anno Christi 1338. publicato, adversus Pon-
tificem, Benedictum XII pronunciatò, concludimus; Cæsarea maje-
stas nullius tenetur Imperio, & neminem, nisi Deum, & ensẽ supe-
riorem agnoscit.

18. Hinc illorum cadit opinio, Imperatorem, lædendo Papam,
majestatis criminis reum fieri, statuens, quia sublatà causà, tollitur ef-
fectus: quis enim superioritatem nullam recognoscentem, superio-
rem lædisse dixerit? imò læsæ majestatis crimen in ipso deficeret Im-
peratore, cum tamen principaliter contra illum committitur. l. 3. §. 1.
l. 4. §. ult. l. 5. in princ. l. 6. l. 7. §. 3. ff. ad leg. jul. majest. recognoscendo enim
superiorem, vicem privatorum obtineret, arg. l. eum qui vectigal. ff. de
V. S. Sozin. cons. 275. collat. secund. in 2. quoniam non contra alium
quempiam læsæ majestatis scelus committitur, quàm qui superiorem
non recognoscit; dicitur enim crimen læsæ majestatis, quasi læsio
majoris potestatis, ut notant omnes in c. Felicis. de pæn. in 6. & in Cle-
ment. 1. eod. tit. & in c. pastoralis. de sentent. & re jud.

19. Sed quia Pontifex Romanus tantum in suo valet regimine,
quantum Imperator in Imperio, Cardinales ejus offendens incidit in
crimen læsæ majestatis. Petr. de Anch. in c. felicis. col. 2. vers. quarid nota.
Afflict. c. 1. vers. & bona committentium. col. 8. circ. fin. in tit. quæ sint regal.
in usib. feud. Præpos. in c. in primis. in §. de persona. col. 7. n. 20. vers. qui autem
sunt q. 1. Cardinales enim dicuntur pars corporis Papæ, ejusq; colla-
terales, qui consiliis, & consistorio ejus intersunt, Rosel. in tract. de con-
cil. §. sed ex. n. 45. Velladiego in tract. de Cardin. leg. n. 11. Barbar. in tract. de
quest. card. in 1. part. n. 35. Gig in tract. de pensio. q. 59. n. 12. & 13. Bosan. tit.

de crimin. læs. majest. in 6. in princ. Clar. in pract. §. læs. majest. n. 4. Gomez de delict. c. 2. rubr. de crim. læs. majest. n. 6. in fin. Viv. opin. 88. n. 1. Decian. tract. criminal. lib. 7. c. 5. n. 8.

20. Hic ea, quæ de Imperatore, ejusq; officialibus vel confœderatis dicta sunt, de Papæ officialibus, ejusq; confœderatis dictum putata; Anch. conf. 277. in 2. colum. Gig. in tract. de crim. læs. majest. rubr. qualiter & à quibus. q. 6. n. 5. & seqq.

21. Occidens tyrannum, vel hostiliter aliquid contra illum moliendo tentans, non committit crimen læsæ majestatis, Card. Zabarella in clement. 2. q. 8. de re judic. Imol. in clement. pastoral. n. 25. in fin. ibid. Zabarella in princ. n. 6. de re jud. Alexand. in c. in primis. §. de persona. n. 25. 2. q. 1. Gramm. dec. 6. n. 18. vers. præterquam contra. Decian. lib. 7. c. 4. n. 3. in fin. & c. 5. n. 21. Gig. de crim. læs. majest. rub. qualiter & à quibus. q. 65. n. 1. & seqq. Alex. conf. 13. n. 2. Marsil. in tract. de bann. in verb. læsæ majestatis. n. 20. Sive is sit tyrannus exercitio, qui quidem jure ad imperium pervenit, sed leges ejus fundamentales subvertit, omniaq; pro libidine sua in perniciem civium agit: Sive tyrannus titulo, qui injustâ vi libertatem publicam invalit, nec statuum reipub. consensum obtinuit: sive sit tyrannus titulo & exercitio, quem vel maximè tyrannum appello. Antimach. in præf. com. 3. de politic. Althus. politic. c. 14. Non tamen exinde famosa quæstio, an tyrannus impunè occidi possit, decidi poterit; sed dico, tyrannum exercitio à privato nulla ænus esse occidendum, 2. Sàmuel. 1. vers. 14. & cap. 4. vers. 11. & seqq. sed eidem, si planè incorrigibilis existat, à reipub. statibus Imperium adimi, & debitæ pœnæ imponi possunt, Qui verò vi, nulloq; jure Remp. tyrannide occupat, à quovis impunè occidi poterit, modò publicam respiciat utilitatem, non privatam offensionem & commodum. Bart. in tract. de Guelf. & Gibell. n. 9. Gigas rub. qualiter & à quibus. q. 65. n. 4. Vide D. Azarian. Sturm. in prælud. rev. politic. disp. 3. th. 3. lit. d.

22. Dubitandum porrò non est, quin alios reges & principes, superiorem non recognoscentes offendens, crimen læsæ majestatis committat, Bart. in l. lex 12. tabul. ff. ad leg. jul. majest. Glossa, ibidemq; Salic. in l. fallaciter C. de abolit. Castrens. in l. 3. C. de Episcop. audient. Salic. in l. 2. C. de fals. monet. Guid. Papa. n. 3+4. Boer. in tract. de sedis. in 6. præsupp. Quales sunt hodiè reges Sueciæ, Britannia, Gallia, Hispania, Dania, Polonia, Turcarum Imperator, magnus Muscovia Dux, & c. nam maje-

majestatem illos habere nemo inficiabitur, *Feder. in tit. d. e pac. tenend.*
in usib. feud. ibidem Afflict. in 2. notab. Alber. in l. quinqu. n. 10. C. ad leg. jul.
majest. Praepos. Alexand. in c. in primis. S. de persona. n. 22. q. 1. & in suis ter-
ris, in quibus superiorem non recognoscunt. Imperatoris authorita-
tem obtinent. c. per venerabilem, qui sunt filii legitimi; & ibi Dd. Pa-
norm. in c. cum te. de re jud. Bart. in l. infamem. ff. de publ. judic.

23. Cùm Vicarius per omnia representet personam domini,
crimen quoq; læsæ majestatis in Imperii Vicarios, Palatinum Rheni,
& Ducem Saxoniae committitur. *Aurea bulla Carol. IV. tit. 5. Quin*
etiam in Electoribus Imperii Romani septemviris idem statuimus,
cùm sint columnæ & bases fundamentales Imperii, & pars corporis
Imperatoris. l. 5. C. ad l. g. jul. majest. d. Aurea bulla. d. tit. in princ. & tit. 24.

24. Si quis autem Elector, vel status Imperii, imperatoriam ma-
jestatem læserit, contra læsæ majestatis privilegium peccat: Impera-
torem enim, ut superiorem recognoscit, cujus etiam respectu privati
vices obtinet, siquidem Imperator omnibus & singulis ex plenitudi-
ne potestatis imperat, *R. A. Ordnung des Landfriedens auffgerichte*
Anno 1521. in princ. ibi: Entbieten allen vnd jeglichen. & in discrimi-
natim omnes & singulos fideles & subditos suos vocat Carolus V. d.
loc. in princ. ibi: Unseren vnd des Heiligen Reichs Untertanen
vnd getrewen.

25. Committit verò status Imperii læsæ majestatis crimen, quan-
do bellum in Imperio sine Cæsaris licentia movet. *per l. 3. ibi: qui in-*
jussu prin. ipse bellum gesserit. ff. ad leg. jul. majest. R. A. de Anno 1555. S.
ivo si. h. aber. & seqq. Cammergerichts Ordnung. part. 2. c. 15. in princ.
ibi: Daß sich in einiger vnserer Churfürsten; c. Gail. 1. de pac. publ. c. 4.
n. 9. Obrecht disp. de bello. th. 173. secus, si Cæsaris indulgentia hoc con-
cesserit, R. A. d. const. Camer. d. c. his verb: vnd so fern sie sich auff die
Käyserliche Maneyster oder vns ansagen / vnd desselben einen guten
schein vnd vhs fund haben würden / soll man sie gehorsamsich passiren
lassen. Solius enim unius Imperatoris est, bella indicere, cui belli pa-
cisq; arbitrium est relictum: l. 3. ff. ad leg. jul. majest. l. 17. C. de re milit. l.
unica. C. ut armorum usus. l. 3. C. de agent. in reb. Vult. 1. de feud. c. 5. n. 6.
Licet hodiè ex novis Imperii constitutionibus, salutem patriæ unicè
concernentibus, ex pacto & cõventione potestatem hanc cū Electori-
bus communicaverit, ut hodiè nõ, nisi illorù suffragiis bella indicantur.

tur Heig. part. 1. q. 12. n. 29. Quod adeo verum est, ut etiam, si peregrina quaedam gentium colluvies ditiones Imperii devastet, Imperator vero eandem reprimere cesset, integrum esset electoribus, habere delectum, & hostes e finibus Imperii repellere.

26. Si quis autem ipsi Imperatori bellum indicit, non dubium est, quin majestatem ipsius laedat: hac tamen adhibita distinctione, si nimirum ex mera arrogancia fines suos per Imperatoriam jurisdictionis depravationem, cum Imperii permutatione velit amplificare: non item, si summa adductus necessitate, summaque, impulsus injuria, ex ipsius regnis haereditariis, damnum sibi ipsi resarcire festinet.

27. Si quis hostibus, cum quibus Imperator bellum gerit, fert suppetias, sive milites transmittendo, vel pecuniam mutuando, vel quoquo modo hoc fieri potest, majestatis laesa se reum facit. *Bar. in l. cuiusq. dolo. ff. ad leg. jul. majest. Afflict. c. 1. §. & bona committentiam n. 66. in tit. quae sunt regalia. in usib. feud.* Idem enim est, ac si ipsum Imperatorem armis invaderet, eiq; ruinam minaretur.

28. Cum etiam respub. superiorem non recognoscens, hodie aequiparetur Romanis, *Angel. in tract. de malef. in vers. quare aliqui congregat. adducens nor. per Bartol. in l. hostes. ff. de captiv. & postlimin. revers. & in l. lex 12 tabul. ff. ad leg. jul. majest.* certum est, qui contra eam, ejusve loca, vel facto vel consilio populum concitat, & gentium facit congregationem, quod praedicto teneatur crimine; idem enim olim erat apud Romanos. *Bar. in l. 2 ff. ad l. jul. majest. Afflict. c. 1. §. & bona committentium. n. 35. in tit. quae sunt regalia. in usib. feud.*

29. An vero contra Venetos crimen hoc committere quis posset, quaestio est: sed quoniam hodie extenditur privilegium reipub. Romanae ad ceteras ejusmodi respub. aliarum civitatum, *Ioan. de Plat. & Luc. de penn. in l. rempub. C. de jur. reipub. lib. 11. Boer. in tract. de custod. slav. n. 33.* reipub. Venetorum hoc non denegamus privilegium, utpote, quae propter singularem ejus religionem, legumque, & justitiae observantiam a Caroli Magni & Nicephori Imperatorum avo, in praesentem usque duravit diem, nec unquam alterius, sed sui ipsius semper regimini fuit subjecta; Unde contra Venetiarum rempub. laesa majestatis crimen committi posse, nonnulli concludunt.

30. Quid autem de Patriae suae proditore, seu oppugnatore dicendum, ipsa ferè natura dicitur, cum nihil sit tam detestabile, quam patriae

patriæ suæ cladem inferre, cui etiam à natura ipsa pœna mortis infligitur, *Marsil. in tract. de bann. in verb. mibi patria. n. 6. & seqq. in verb. læsæ majestatis.* & naturalis ratio in hoc delicti genere omnem personarum observantiam judicantibus adimit; quod testantur Veneti, qui Anno 1354. ducem creatum pro conjuratione facta, ad occupandam patriam, cum nonnullis plebeis securi percuti mandarunt. Ut verò certi quid de hac thesi statuamus, ex duplici patriæ consideratione, hæc nostra est sententia: Aut patriam armis oppugnat vel prodit, quæ est communis patria, ut Roma, vel nullius regimini subjecta, & sic majestatis læsæ committit crimen, *Afflict. in tit. quæ sunt regalia. in verb. & bona committentium. n. 56.* aut prodit patriam, quæ alterius tenetur imperio, & sic improprie committit læsæ majestatis crimen, proprie autem committit crimen seditionis, cujus pœna est capitis. *per text. in l. i. C. de sedis.*

31. Qui imperatoris concedit castra, vel arcem, quam tenuit, ad hostem transfert, tenetur pœnâ *l. qui quis. C. ad leg. jul. majest.* nam his ipsis fidem datam violat, quam servare, nihil est homini convenientius, *l. i. in princ. ff. de const. pœn. l. i. §. merito. ff. de pos.* etiam si hosti data sit. *l. i. conventionum. ff. de pac. Bart. in l. i. ff. ad leg. jul. majest.* quia fidem frangens jus gentium laedit, & vinculum, quo humana societas continetur, dirumpit: Quocirca horum gravior est pœna, & à quolibet possunt accusari, licet ab aliorum accusatione regulariter removeatur, *§. si verò contra imperium. in aurb. ut lic. ma & an.* ideoq; mulier potest accusare, *l. in quæst. ff. ad leg. jul. majest. l. i. §. & cum placuisset. ff. de Orig. jur.* nec gaudent immunitate Ecclesiasticâ, si ad illam confugiant, *Dd. in s. i. de homicid. Carrer. in pract. criminal. in princ. n. 98. in fin.*

32. Sed si quis ad Ecclesiam confugit, non absq; læsæ majestatis crimine potest extrahi, *l. 2. C. de his qui ad Eccles. conf.* singularem enim jura Ecclesiis concesserunt immunitatem, ne turbentur ministeria divina, preces & vota, quæ cum pace & quiete competit celebrari. *l. denunciamus. C. de his qui ad Eccles. conf.* Non tamen indistinctè omnes gaudent Ecclesiarum immunitate, sed levioribus tantùm delictis hoc est concessum privilegium, ut omnes notant legistæ *in tit. C. Qui ad Eccles. Conf. & Canonist. in c. inter alia. de Immunit. Eccles.* Atrox committentes delictum, secundum novellas constitutiones licet extrahere, & supplicium eis inferre, *Novell. 17. c. 7. in princ. Aug. in tract. de mal. f.*

malef. super verb. famapublica. vers. 4. Landrecht. lib. 2. arr. 10. nec talia delinquentibus parcere competit, §. neq. a homicidis, junct. gloss. in verb. neq. custodes. d. Novell. d. c. quia per hujusmodi malefactores turbantur publica gaudia, & læticia communis, l. 3. C. de Episcop. audiens. & Deus non vult domum suam receptaculum esse latronum, Ioh. 2. & latibulum eorum, quos jam olim aeternâ lege præcepit puniri.

33. Si ex universitatis, vel Imperii principum quorundam adversus Imperatorem conspiratione vel ordinatione fiat rebellio, committitur crimen læsæ majestatis. *Brun. conf. 28.* plerumq; enim conspiratio inde existit, quando quis à superioris subjectione se subtrahit, juraq; ejus extinguere præsumit, *Brun. d. conf. Bart. in Extrav. qui sint rebelles. in vers. rebellando. Bald. in l. amissione. §. qui deficiunt, ubi gloss. ff. de Cap. dimin. & hoc fit in detrimentum dignitatis superioris. Imol. n. 48. c. conjugationum. Card. in Clement. Pastoral. in 7. not. de re judic. alleg. text. in c. petitiõ. de jurejurand.*

34. Si verò civitas, vel provincia quædam Imperii, in confinio, vel primo hostium jacens incurfu, quam à tyrannide grassantium, propter loci distantiam, tueri non sufficeret potestas Cæsarea, imminente necessitate, subjiciat se alterius domini tutelæ, non committit crimen læsæ majestatis: *Andr. de Ifern. in c. imperialem. §. prætere. de prob. feud. alie. vel si Imperator eam defendere negligat, alium sibi protectorem quærere, juris naturæ est. Socin. conf. 37. Galiaul. in l. 1. §. si qui ita n. 7. ff. de V. O. nam quoquo modo se defendere, etiam cum brutis commune habemus, & sanguinem suum redimere, suus cuiq; modus est optimus.*

35. Adulterinam cudens monetam, Imperatoris lædit majestatem, ut expressè habet *l. 2. c. de fals. monet. ibid. Bald. & Salyc. Capoll. conf. 17. vol. 4. Gig. sub tit. qualiter & à quibus. q. 62. Gramm. conf. 6 n. 7. Sicul. consil. 70. column. 13. vers. si ita videantur. vol. 4. Angel. de malef. vers. præsentè Cajo & appellante: quia ad hunc solû principaliter spectat cudere monetâ, & est de regalibus, quæ soli principi sunt reservata. c. r. verb. moneta. qui sint regalia in usib. feud. ideo existimationis ipsius, & famæ interest, ne moneta adulteretur. Tripliciter autem monetarum quis existit adulter, *Peintlich Halsgeriches Ordnung. Carol. V. c. III. primò, qui fraudulenter nummos alterius notat imagine; deinde, qui monetam cudit ex insufficienti materia; postea, si quis falsum adhibet**

bet pondus, quò etiam refero numerorum amputatores. Et hujusmodi falsificatores, summotà omni dilatione, flammarum exustionibus mancipari iussit Constantinus *in d. l. 2. C. de fals. monet.* quem secutus Carolus V. eandem iis destinavit pœnam, daß sie sollen mit Feuer vom Leben zum tode gestrafft werden. *d. const. criminal. d. c. III.* bonaq; eorum applicantur fisco, *d. l. 2.* imò domus, in qua scelus hoc est attentatum, licèt ad reum non pertineat, si tamen scienter ad crimen hoc committendum fuerit locata, fisco addicitur, *d. const. crim. Carol. V. d. c.*

36. Qui Imperatori denegat tributum, crimen majestatis committit, quia in contemptum ejus hoc fecisse præsumitur, & in detractionem debitæ obedientiæ, in cujus recognitionem tributum solvitur. *Bart. in l. competit. C. de præscrip. 30. annor.* imò securitatem publicam impedit, qui tributum denegat. tributo enim stipendium Cæsar militibus solvit, quos ad securitatem conservandam. alit. Et hostem Imperii, nec non proditorem patriæ dixerim, qui tributum solvere recusat, quia propter publicam solvitur & colligitur utilitatem & necessitatem, ut nimirum Imperator, subditorum salutem consulens, hostibus Imperii resistat, eosdemq; expellat, & imperium ab omni periculo & incurfu nocivo immune & liberum reddat.

37. Notiosa hîc inedit quaestio, an, qui occidit aliquem, cui securitas publica à principe est concessa, principis majestatem lædat? nos utiq; illam lædere asserimus; homicidium enim, hoc casu, cum particularis mandati principis violatione committi manifestum est. *Ang. in l. utimur. ff. de sepulch. violat. Bart. in l. 3. §. transfuga. ff. ad l. Cornel. de sicar. Luc. de Penn. in l. 1. vers. quod u. C. de navi cut. lib. 10. Cast. consil. 33. vol. 1. & qui ejusmodi decreta violat, majestatem ipsam violasse dicitur. Nota tamen, si scienter contra salvum conductum fiat offensio, & quidem in Principis vel reipub. odium: Si verò ignoranter quis contra ejusmodi conductum peccaverit, vel ex singulari & privato odio aliquid fecerit, aliter erit dicendum. V. 16. 9.*

38. Non contròvertitur, quia dictâ punitur panâ *l. quinquis* qui hostes contra Imperatorem excitaverit, *l. 3. ff. ad leg. jul. majest.* vel milites, fortè propter stipendii prolongationem, vel aliam ob causam, rebellare jussit, *per text. in l. 1. ibi: quive milites. ff. ad leg. jul.*

Jul. maj. l. 2. & 3. ff. eod. Afflict. c. 1. §. bona committentium. n. 69. in tit. quæ sunt regal. in usibus feud. Card. in Clement. pastoral. in princ. n. 9. de re judic.

39. Clericus qui contra Imperatorem aliquid machinatur, tenetur poenâ læsæ majestatis crimine: Licet plurimi regerant, clericum nullum secularem habere superiorem, sed solum Ecclesiasticum, *c. ut si Clerici. de jud. Anch. in c. quamvis. de pæn. in 6. Card. in c. vergentis. de heres. Barba. conf. 24. vol. 3. Boer. in tract. de sedit. vers. præsuppono etiam. n. 3. Socin. conf. 12. q. 4. volum. 1.* Quamvis enim Clericus singulari privilegio à jurisdictione secularium sit exemptus, non tamen interea desinit esse provincialis sui principis superioris secularis, sub cujus felici præsidio, amotis hostium machinationibus, quietè vivit, & cui naturaliter seu originariè subest. *Ioan. And. in c. final. §. 1. de offic. deleg. in 6. Præpos. in c. in primis. §. de persona. 2. q. 1.* Si igitur Clericus delinquit contra Cæsarem, præviâ actuali degradatione, *in c. si quis laicus. 22. q. 5.* adducitur in locum judicij, & punitur ut alius secularis.

40. Transmittens dolosè ad hostes literas, eodem est reus crimine. *l. 1. ff. ad leg. jul. majest. ibid. Bart. Capoll. consil. 17. n. 39. Laud. in tract. de crim. læs. majest. q. 2. Afflict. c. 1. §. & bona committentium. n. 65. in tit. quæ sunt regal. in usib. feud.* Siquidem nihil aliud operatur, quàm ut Imperatoris exercitum, castrorumq; constitutionem hosti revelet, & consilio vel signo judaico, contra principem, ad consequendam victoriam hosti proficiat.

41. Non idem dicendum de recipiente ab hostibus literas, cum *l. 1. ff. ad leg. jul. majest.* saltem de mittente ad hostes nuntios, literasve loquatur, nec autumo, extendi posse ad recipientem hostium literas: siquidem nihil inde potest argui, nisi receptæ literæ aliter demonstrant, antea illum de conspiratione cum hoste tractasse. Satius tamen est, ut literas ab hoste receptas statim principi suo offerat & transmittat, ne reventis literis suspicionem sinistram incidat.

42. Non solum verò in hoc crimine actus ipse consideratur & punitur, sed etiam nuda voluntas, propter delicti abominationem, licet ad actum non deveniat, nihilq; operetur, dummodo tamen externo quopiam actu certoq; indicio ista voluntas constiterit. *per text. in c. verum. 6. q. 1. l. quisquis in princ. ibi, eadem severitate, C. ad leg.*

leg. jul. maj. Nam verum manet, quod nemo cogitationis pœnam luat, *l. cogitationis. ff. de pœn.* quòd & voluntas in mente retenta nihil agat. *Bar. Soc. in l. cum quid. n. 46. ff. si cert. pet. Aret. in l. Titia. §. item respondit. ff. de V. S.* Quod si re ad huc integrâ pœnitens se ipsum & sceleris complices deferat, an pœna læsæ majestatis cesset, altioris est indaginis? Quod meritò negamus: Atq; ita in Parlamento Parisiensi decilum esse refert *Bodinus lib. 4. de repub. c. 7.* In Polonia cum nobilibus quidam Peckarsky in ipso templi aditu Sigismundo III. Poloniæ regi necem ipso actu inferre vellet; atq; alius quidam inter pocula fortè effuisset, quòd aliâ ratione necem perficere potuisset, supplicio capitali statim affectus fuit. Hisce tamen casibus, ex clementia & lenitate princeps majorem sibi gratiam & subditorum benevolentiam conciliabit, quàm juris rigore, si severius extrema legere malit; exemplo Magnæ Britanniæ regis Jacobi, *Boetere. comment. sui temporis, lib. 10.* & moderni Sueciæ regis potentissimi Gustavi Adolphi.

43. Ardua hîc adjungi potest quæstio, an sacerdos, qui in confessione audivit machinantem adversus principem, illud favore publicæ utilitatis revelare possit & debeat? Quod omninò nego: *c. omnis, in fin. de pœnit. & remiss.* imò ex confessione sciens licitè jurare poterit, se nescire: quia quòd scit ex confessione, non scit ut homo sed ut Deus. *arg. c. 2. de off. jud. ordin. c. dilectus de excess. prelat. Decian. d. tract. c. 34 n. 19. Gigas rubr. qui accusar. possunt. q. 20. n. 1.* Contrarium exemplum refert *Bodinus d. l.* alij aliter distinguunt.

44. Unicè solius Imperatoris est, criminis læsæ majestatis judicem se confiteri; quemadmodum enim olim sola Romanorum majestas de hoc crimine cognoscebat, ita jam, postquam lege regia Imperium omne, totaq; ac universa populi Romani potestas, in unum, scilicet Imperatorem, translata fuit, solus princeps, vel is, cui in specie hoc mandavit, de hoc crimine & cognoscere & judicare cepit, ac sibi cognitionem hanc in specie reservavit, ut habetur *in tit. quæ sunt regalia. c. 1. verb. & bona committentium. ubi Ifern. & Afflic. n. 18. Boer. in tract. de sedit. in 6. præsupp. n. 20. & 21. Gig. de crim. læs. majest. sub tit. quæ de crim. maj. cogn. n. 1.* Quod adeò verum est, ut si alicui omnis fuerit concessa jurisdictio cum mero & mixto Imperio, non tamen censebitur commissa cognitio hujus criminis, personam Imperatoris vel Imperii concernentis.

omnes respub. principes, vel reges, superiorem non recognoscentes in suo territorio, soli de hoc crimine iudicium ferre consueverunt. *Alex. conf. 13. n. 12. lib. 6.* limita tamen prædicta, si ejusmodi magistratus offenditur, ut privatus, ipse non iudicat, quia esset actor & iudex in eadem causa simul, sed tum Parlamento vel concilio hæc iudicanda relinquit: si verò ut publicus magistratus offenditur, prædicta procedunt, & ipse iudicabit. *Oldrad. conf. 17. vid. Jason. in l. qui jurisdictioni. n. 3. ff. de jur. omn. iud.* Quod ante triennium in comitijs Regni generalibus contra Reum læsæ majestatis observatum fuit.

45. Poena criminis læsæ majestatis, perduellionis vel quasi pro varietate circumstantiarum, est vel gladius, vel exustio, vel dissectio in quatuor partes, vel deportatio, vel relegatio, vel arbitraria. Gladij namq; appellationem formaliter etiam in hoc crimine, juxta d. *l. quinquæ* intelligo. Aliàs & secundum varios provinciarum & principum mores hujus criminis rei variis mortis afficiuntur speciebus. Horrendo olim supplicij genere usus fuit Tullus Hostilius rex contra Metium Suffetium, Albanorum dictatorem rebellem, quem duabus quadrigis, in diversum currentibus, affixum discerpi iussit. *Liv. lib. 1.* Hoc mortis genere hujusmodi criminis reos afficere hodie Gallos ex Corasio testatur Gigas *d. t. sub tit. de pæn. commit. crim. læs. majest. q. 1. n. 8. & sub titul. de prodit. q. 6. n. 5.* Turcæ alium observant modum, & palo reos infigunt. Quos secutus Bellifarius, in eodem mortis genere contra Vandalorum quendam ducem, in proditione deprehensum, se exercuit acriter, quem in sublimi quodam loco, ut ab omnibus prospiceretur, palo infigi iussit. *Procop. lib. 4. bell. Vandal.* Athenienses singulare quid contra hoc delictum excogitantes, pro pæna rebelles sibi ad triremes relegabant, abscisso tamen pollice, ne armis uti possent, ut ex *Æliano* refert *Cæli. Rodig. lect. antiq. lib. 15. c. 27.* Romanorum regum tempore, capite velato rei in furca suspensi cadebantur usq; ad mortem. *Liv. lib. 1.* Eodem modo illusterrimos Venetos rebelles suos adhuc tractare, testatur *Gig. d. t. lib. 2. tit. de pæn. commit. crim. læs. majest. q. 1. n. 7.* Multi verò principes rebelles suos solâ infamiâ notantes, contenti fuerunt, quod gravius plerumq; est morte ipsâ, præsertim cum eorum insignia & nomina ignominiosè sunt deleta: *Par. de par. in tract. de Synd. in princ. col. 2.*

n. 9.

n. 9. *Barr. in l. 2. ff. de operib. publ. Laud. in tract. de crimin. las. majest.*
g. 41. *Afflict. c. 1. §. & bona committentium. n. 25. quæ sunt regalia. la-*
fon in. §. penales. n. 14. l. de act. & in l. si quis id quod. ff. de jur. omn. judic.
Quocirca etiam à duello repelli possunt, si provocent aliquem, cum
sint infames. *Par. de put. in tract. de re milit. in tit. quand. provoc. ad*
pugn. ratione proditiõis. in princ. Alciat. in tract. de duell. in tit. quæ ex-
ceptiones repellant provocantem. Hoc quoq; in hoc crimine singulare
est, quod etiam defuncti accusentur, eorumq; memoria damnetur.
l. final. ff. ad leg. jul. majest. d. l. quisquis C. ad leg. jul. majest. ædes eorum
solo exæquentur. c. felicis. de pen. in 6.

46. Quamvis autem & Reorum læsæ majestatis bona fisco addi-
centur, *d. l. quisquis.* tamen Reus hujus criminis ipso quidem jure a-
mittit dominium bonorum suorum, possessio verò secuta demum
sententia per fiscum vindicatur. *l. final. C. ad leg. jul. majest. l. 15. ff.*
qui & à quibus. manum. l. 22. in princ. de jur. fisc. ut alienationes factæ
per talem Reum post perpetratum delictum etiam ante accusatio-
nem sint nullæ: l. 5. §. 4. l. final. in princ. C. ad leg. jul. majest. d. l. 15.
adeo ut Reo vel principe defuncto, contra successores vel à successo-
ribus ejus bona Rei confiscari possint. *d. l. final. in princ.* Quod tamen
de crimine perduellionis tantum intellectum volumus.

47. Bona tamen feudalia fisco non cedunt, quia
jure singulari ad dominum feudi revertuntur, nisi à
principe, in quem crimen commissum, concessa sint.
2. feud. 24. §. deniq; & lib. 2. tit. 37. & lib. 1. tit. 14. §. si ca-
pitanei.

48. Pœna, *l. quisquis. C. ad leg. jul. majest.* non so-
lum Rei est contenta supplicio, sed & filiis, tam natis
quàm nascituris, infamiæ maculam inurit, iisdemq; om-
nem honoris claudit viam, & non solum à propinquarum
hæreditate removet, sed etiam ab extraneorum succes-
sione alienos esse jubet, nec ex bonis maternis legitimam
capiunt, ne sc. quis ad hoc atrocissimum delictum tam
leviter prolatur, sed in se, & in suos gravissimè hoc
animadverti cogitet, atq; sic parentes charitas libero-

rum à nefando hoc scelere deterreat. Licet enim aliàs filius patris iniquitatem non ferre debeat, *Ezech. c. 17. l. filiam. ff. de senat. l. crimen. ff. de pœn. l. quotiens. ff. de noxal. sed unusquisq; in suo perire peccato, Levit. 24. & pœna suos tenere authores, l. sancimus. C. de pœn. pro delicti tamen qualitate pœnam posse aggravari, ita ut etiam delinquente Patrefamilias, tota sæpè familia radicitus possit extirpari, testatur *Achab. l. 2. Reg. c. 10.* quia in filiis radices criminis hæreditarii præsumuntur, ejusq; exempla metuuntur.*

49. Quid autem si mater hoc crimen committat, an filii pœnis læsæ majestatis teneantur, inter partes hæret dissidentes? In odiosis negativa placet, si enim pater filiorum ex delicto uxoris non punitur, *arg. d. l. 5. §. 5. utiq; nec filii, qui in potestate patris non matris existunt, §. 10. Inst. de Adopt. nec una persona cum matre, prout cum patre, censentur. §. 4. inst. de inutilib. stipulat. Gig. in rubr. de pœn. quas fili. in un. quæst. 17. num. 12. & seqq.*

50. Quamvis autem rebellium filii nec hæreditates collateralium capere possint, & incapaces omnium successio- num habeantur, anfractuosa tamen est quæstio, an fiscus in illis, vel proximiores ab intestato succedant? cum ex alieno scelere filiis hæreditas auferatur, proximioribus excluso fisco in successione locum relinquitur. *d. l. quisquis §. 11. Peregrin. de jur. fisc. lib. 3. tit. 9. n. 1. Boss. in tit. de crim. læs. majest. n. 137. Decian. d. tract. lib. 7. c. 40. n. 26.*

51. De nepotibus quid dicendum? Æqualitatis & humanitatis ratione dico, eos ex avorum delicto non teneri: Nam & filiorum propria appellatione nepotes non continentur, maxime in odiosis & pœnali- bus. *l. 6. de testam. tut. Decian. d. lib. 7. c. 41. n. 7-*

52. Quam

52. Quamvis autem filius ob delictum patris pænæ læsæ majestatis subjaceat, non tamen, si filius tale crimen committat, Pater easdem pænas sustinobit, ut odiosa restringantur, & benignior in iis fiat interpretatio. *l. penult. de pæn.*

53. Nec extenditur dispositio *d. l. quisquis* ad filias, sed mitior est circa eas sententia, propter sexus infirmitatem: siquidem Falcidiam retinent ex bonis matris, §. *ad filias. h. l.* nec ab extraneorum successione repelluntur, *d. §. ad filias*, sed si ex bonis matris nihil habeant, dotari debent per fiscum ex substantia patris rebellis publicata. *Bald. in l. si patri. col. 3. c. de dot. promiss. Afflict. c. 1. §. præterea si vasallus. n. 80. in tit. qua fuit prim. caus. benef. amittend.* ut mediocrem habeant vitæ alimoniam, *d. §. ad filias*. ne similes filiis, perpetuâ egestate sordiant, vitæq; sit illis supplicium, & mors solatium. §. *filii. d. l. quisquis. c. ad leg. jul. majest.*

54. Ad probandum læsæ majestatis crimen, testes admittuntur omnes, licet inhabiles, *Bart. in l. questionibus. ff. ad leg. jul. majest. Bald. in auth. si dicatur. in fin. c. de testib. Dec. conf. 410. n. 15.* imò infames etiam, *l. famosi. ibid. Bart. ff. d. t. & in l. questionibus. d. t. pupillus, Hip. conf. 1. n. 31. Dec. in l. femina. ff. de reg. jur. n. 16.* & mulier, licet infamis, *l. in questionibus. d. l. sic frater contra fratrem* testificari potest in hoc crimine, *Gig. sub. tit. quomod. & per quos crim. læs. majest. probat. g. 3.* Judæus contra Christianum, *Gig. d. tit. g. 10.* minor testimonium perhibere admittitur, *Idem ibid. quest. u.* & quamvis in hoc crimine accusator accusatum Reum esse non probaverit, non tamen propterea Reus accusatus absolvitur, nisi innocentiam suam demonstrat, *l. si quis. C. ad leg. jul.*


ma-


majest. Gig. d. 1. quest. 30. Deferens tamen & non probans, se tormentis subicere cogitur. d. l. si quis.


55. Unius etiam testis probatio Reum ad torturam protrahit, *Alb. in l. in questionibus. in fin. ff. ad leg. jul. majest. neq; ulli parit personarum respectui, l. nullus, c. ad l. jul. majest. nec Doctores aut milites à tormentis se esse exceptos, omnibus suis probabunt privilegiis, l. si quemquam C. de Episc. & cler. l. decuriones. c. de quest. Pan. c. cum in contemplatione. col. 2. vers. 5. de U. S. nec ulla alia dignitas à tormentis excusat, per text. in l. 3. & 4. c. ad leg. jul. majest. quinimò Clericorum immunitas in sacris constitutum propter hoc delicti genus, à tortura immunem reddere nequit. Card. c. cum in contemplatione. de reg. jur. Prepos. in c. presbyteri. il. 1. verb. in eadem gloss. 6. q. 1.*

56. Reo testimoniis convicto, statim processus est admittendus summaris, omni juris solemnitate remissa. *Bart. in l. ictus fustium. in princ. ff. de his, qui not. infam. Ang. de malef. in verb. etiam per viam. Idem in l. si vacantia. c. de bon. vacant. lib. 10. verb. venio ad secundum articulum. in princ.*














the scale towards document

manet, quod nemo cogitationis pœnam luat,
quod & voluntas in mente retenta nihil a-
quid. n. 46. ff. si cert. per. Aret. in l. Titia. S. item
quod si re ad huc integrâ pœnitens se ipsum &
erat, an pœna læsæ majestatis cesset, altioris est
titio negamus: Atq; ira in Parlamento Parisiensi
dinus lib. 4. de repub. c. 7. In Polonia cum nobi-
in ipso templi aditu Sigismundo III. Poloniæ
inferre vellet; atq; alius quidam inter pocula
liâ ratione necem perficere potuisset, supplicio
is fuit. Hisce tamen casibus, ex clementia &
orem sibi gratiam & subditorum benevolen-
n juris rigore, si severius extrema legere malit;
annixæ regis Jacobi, Botere. comment. sui tempo-
Sueciæ regis potentissimi Gustavi Adolphi.
jungi potest quæstio, an sacerdos, qui in confes-
antem adversus principem, illud favore pu-
re possit & debeat? Quod omnino nego: c.
& remiss. imò ex confessione sciens licite jurare
la quod scit ex confessione, non scit ut homo
de off. jud. ordin. c. dilectus de excess. prelat. De-
Gigas rubr. qui accusar. possunt. q. 20. n. 1. Con-
fert Bodinus d. l. alij aliter distinguunt.
Imperatoris est, criminis læsæ majestatis judi-
nadmodum enim olim sola Romanorum ma-
cognoscebat, ita jam, postquam lege regia Im-
ac univèrsa populi Romani potestas, in unum,
translata fuit, solus princeps, vel is, cui in
de hoc crimine & cognoscere & judicare cæ-
m hanc in specie reservavit, ut habetur in tit.
erb. & bona committentium. ubi Ifern. & Afflic.
sedit. in 6. præsupp. n. 20. & 21. Gig. de crim. læs.
rim maj. cogn. n. 1. Quod adeò verum est, ut si
necessa jurisdictio cum mero & mixto Imperio,
commissa cognitio hujus criminis, personam
rii concernentis. Ad cujus imitationem o-

C 4

MAR 5



Universitäts
Bibliothek
Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn756348897/phys_0033

DFG